



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

21. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

21. Fallentia.

Vigesimo primo fallit ubi Laico fuerint per Episcopum causæ pecuniariæ Clericorum vel hujusmodi merè civiles delegatæ, ut tenet *gloss. in ver. præsumant. in cap. decernimus de judic. & ibi Ioan. An. Io. de sing. Anthon. Bald. & Sicul. glo. in cap. bene quidem 96. distinct. in verbo præter Romanum & in cap. pervenit. 95. dist. Archi. in cap. statutum §. 1. de rescript. lib. 6.* Causas autem criminales vel spirituales solus Papa Laico delegare potest *gloss. 32. dist. in §. verum & in locis præallegat. & in primæ regulæ fallentia prima.* Ab isto vero delegato Laico ad delegantem erit appellandum, ut tenent Doct. in locis prælibatis.

22. Fallentia.

Vigesimo secundo fallit, ubi bannum fuit appositum in bonis Clerici per judicem secularem, à quo Clericus appellavit ad judicem Laicum superiorem dicti primi judicis, & judex appellationis condemnat Clericum in expensis: quia licet sententia sit nulla, fiet tamen executio contra ipsum per judicem secularem ut not. *gloss. in cap. si diligenti. de foro compe. super verb. pro eis, ita tenet Cap. 9. 164. & Gaspar Cal. consil. 12.*

23. Fallentia.

23. fallit, ubi Clericus communi opinione habebatur pro Laico; vel ubicunque dubium est, quem esse Clericum si citatus à iudice seculari non comparet